

SACROS. CONCILII  
TRIDENTINI  
CANONES ET  
DECRETA:

ITEM

DECLARATIONES  
CARDINALIVM CONCILII

Interpretum, ex vltima recognitione  
Ioannis Gallemart.

*Theologi, & Horatii Lucij Iurisconsulti: necnon  
Remissionibus P. Augustini Barbosa,*

EDITIO POSTREMA,

*plusquam quingentis declarationibus, & variis Pontificum  
Constitutionibus per varia Concilij capita insertis,  
locupletata, diligentérque emaculata.*



*est del Collegio de  
Dua A santo  
de salido el  
corniere este*

*la compra de libros  
de sal. y de la libreria  
de Luis de la Cruz de la  
ex purgatorio parague  
Libro. y  
Paulo de la Cruz*

Sumptibus CLAVDII LANDRY.

*1540  
Moulin de la Presse*



LECTORI  
BENEVOLO,

*De anterioribus huius operis editionibus,  
deque hac nostra nunc prodeunte,*

ADMONITIO.

**Q**UONIAM Pius IV. interdixe-  
rat, ne cui prout liberet, sacra  
OEcumenici Tridentini Concilij  
decreta liceret exponere, privata-  
que auctoritate interpretari; sed si cui dubium  
aliquid appareret; Sedem Apostolicam acce-  
deret: quæ per Illustrissimos Cardinales, in  
eam rem delegatos, id resolveret atque eno-  
daret: Declarationes eiusmodi Cardinalium,  
difficultatum Concilij Interpretum rogari,  
obseruari, atque in veneratione haberi cœpe-  
runt. Manuscriptæ, ut rara περιηλεια, pauco-  
rum manibus ferebantur, donec in Germa-  
nia, Galliis, Hispaniis, ac demum in Belgica  
typis vulgaræ, atque ex eruditorum virorum  
censurâ, Regum etiam Principumque priui-  
legiis donatæ, publici Iuris factæ, in oculos  
manus



BVLLA INDICATIONIS  
SACRI OECV MENICI  
ET GENERALIS CONCILII  
TRIDENTINI,

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

PAVLVS EPISCOPVS  
SERVVS SERVORVM DEL,

*Ad futuram rei memoriam.*

**I**NITIO nostri huius Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem Dei omnipotentis providentia nobis commisit, cernentes iam tum in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum ferè omnium nostra Pastoralis sollicitudo & vigilia esset vocata, cupiebamus quidem mederi Christianæ Reip. malis, quibus illa iam dudum vexata, & prope modum oppressa est: sed ipsi etiam ut homines circumdati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus: nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam & conseruandam à plurimis impendentibus periculis Remp. omnia inuenimus odiis & dissensionibus plena, dissentientibus præsertim Principibus iis inter se, quibus summa rerum penè omnis à Deo permessa est. Cùm vnum ouile, & vnum Pastorem Dominici esse gregis, ad integritatem Christianæ religionis, & ad coelestium bonorum spem in nobis confirmandam, necessarium duceremus; schismatis, dissidiis, hæresibus erat Christiani nominis diuisa iam penè & lacerata vnitas. Cùm tutam atque munitam ab infidelium armis atque insidiis Remp. optaremus, nostris erratis, nostraque cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat amissa, Hungaria

*Hebr. 5.*

*Ioan. 10.*



SESSIO PRIMA  
SACROSANCTI OECUMENICI  
ET GENERALIS CONCILII  
TRIDENTINI,

SUB PAVLO III. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE XIIII MENSIS  
DECEMB. ANNO DOM. M. D. XLV.

Decretum *α β γ δ ε ζ* de inchoando Concilio.

**P**LACET ne vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem & vnionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri & populi Christiani, ad depressionem & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere & declarare, sacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum esse? *Responderunt, PLACET.*

*Indictio futura Sessionis.*

Et cum proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri IESU CHRISTI; & subsequantur illæ festiuitates labentis & incipientis anni; placetne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam; quæ erit septima mensis Ian. Ann. Dom. M. D. XLVI. *Responderunt, PLACET.*

REMISSIONES.

**A**N Concilium generale absque auctoritate summi Pontificis celebrari possit? Negat Bobadil. in sua Politica lib. 2. cap. 18.